

XL.

*In funere.*

SALOMÆ Dn. D, MICHAE-  
LIS BELFRASII Filiolæ.

**L**Vmen illud eloquentiæ Cice-  
ro, Attico suo huiusmodi quæ-  
stionem proposuit: Quid nos  
homines sumus? aut quàm diu  
hæc curaturi sumus? brevis illa qui-  
dem est verbis quæstio, sed gravida  
sententijs, & digna de qua in cœtu  
Christianorum sæpe agatur; si modo  
illud σκέρμα adijciatur: postquàm hic  
esse desijmus, quid futuri sumus? Quã-  
do igitur hodierna actio ejus rei consi-  
derationem nobis obijcit, concedite  
quæso Magnifice Dn. Rector, &c. ut  
bonavestragratia ad breve illud ζήτημα  
breviter respondeam: non commit-  
tam ut benevolentia vestra abusus vi-  
deat. Et quanquam ad primum dicere  
possem vitam esse officinam improbi-  
tatis, fundamentum fragile, muros  
hiantes, tecta labentia, longum funus,  
speciosam vanitatem, & id genus alia,  
quæ

quæ ad Tullij scopum, fortè accede-  
rent propius: in præsentia tamen de-  
functa puella illud Siræidis, potissi-  
mum suggerit: In vita hominum assi-  
dua est discordia. Enimvero si à sum-  
mo isto cœli firmamento, ad imum  
hoc terræ theatrum omnia mente con-  
templamur, perpetuum ubique diffi-  
dium dominari cernimus. Testantur  
sacræ litteræ, ab ipso mundi exordio  
inter spiritus æthereos, in supremi cœ-  
li arce pugnatum esse, in caliginosa æ-  
ris tractu pugnari credunt. Nunquid  
animarum bella oratione perstrin-  
gam, cum ipsa elementa conflagant,  
maria fluctuent, flammæ crepent? Nul-  
li omnium certè quies data est: Torva  
leæna lupum sequitur, ut poëta canit,  
lupus canem, canis leporem; Basilif-  
cus angues omnes alios sibilo terret,  
adventu fugat, visu perimit, videas  
etiam patrem coitu, matrem partu ex-  
stingui. Quod si in his insistere atque  
immorari vellem; quanta prælia ven-  
torum turbines inirent! qualis cursus  
recursus cōcussus esset nubium! quan-

S f

ti cla

ti clamores audirentur inter causidicos! quantæ contentiones inter medicos! quantæ altercationes inter Philosophos! quantæ diffensiones inter Theologos! verum, nos omisis omnibus alijs de uno homine agemus, qui à se ipse plurimum dissentit; secumque bellum gerit crudelissimum & periculosissimum. Longè enim periculosius est à vitijs animi hostibus obsideri, urgeri, premi, vastari; quam ab hostibus corporis; quippe qui ita nos adoriuntur, ut damnum illatum & cladem tum demum sentiamus, quando laqueis tenemur, nec fugiendi ullus est locus. Quod si is esset animorum nostrorum vigor, ut omni conatu ac nisu illis resisteremus, de victoria non esset dubitandum jam cum non modo non resistamus, sed etiam faveamus, ultroque iugulum ipsis præbeamus: quis mirabitur nos à dolosis hisce luctatoribus vinci, capi, constringi, funestari? Turpe quidem dictu, dicendum, tamen, quia verum est, si hostes illi languescere cœperint, etiam irritantur a nobis:

bis:

bis : quasi parum esse miseram, summa  
sit miseria. Acuendus quidem hic erat  
morsus conscientiae : vibranda mortis  
hasta ; inferni referanda janua : sed ne-  
scio quomodo ad horum omnium ad-  
spectum contremiscere animus inci-  
pit, quemadmodum ij solent, quos  
primus torpor gelidæ febris invadit.  
Itaque primam quæstionem relinquo :  
ad alteram venio. Quid autem hic  
dicam aliud ! quam, O misericors pa-  
ter, quam tacite consulis ! quam oc-  
culis subvenis : quam recte medes  
ris ! Etenim si perpetuo in luctu  
hac ineluctabili versandum esset :  
quid miserius homine cogitari un-  
quam posset ? Iam tanta est vitæ  
humanae brevitatis, ut non nemo um-  
bræ somnium appellare eam ausus  
sit. Et tamen brevitatis ista nihil  
fuit longius lobo qui in hæc verba  
erupit : O utinam nullius oculo  
me vidisset ! Quando tandem vita  
hæc brevis ad terminum deferetur  
tuum ? Itaque merito gratias agimus  
immortales divinae clementiæ ; quod

mortalem nobis hanc ærumnam fece-  
rit. tertiamque nobis quæstionem re-  
solverit. Novimus enim finem huius  
belli esse pacis initium, ubi defessi re-  
quiem, vulnerati sanitatem, capti li-  
bertatem, mortui vitam invenient;  
modo fortiter sese in hoc certamine  
gesserint. Sed quoniam perpetua fu-  
tura est ista felicitas, brevem orationem  
culam respuit: & jam tempus monet  
ut ad te veniam Clariss. Dn. D. patro-  
ne ac fautor plurimum honorande ac  
de pacifica tua filiola que aciem hanc  
deservit aliquid adijciam Quid autem  
tibi vir præstantiss. agendum esse di-  
cam? lacrymis ne & suspirijs te dedes?  
an vero dolorem abijcias? Hoc certè  
præstat, sed illud placet; hinc virtus  
erigit; illinc affectus deprimit. Non  
miramur Clariss. Dn. D. te filiolæ dul-  
cissimæ & optimæ indolis immatu-  
rum lugere obitum: miramur potius  
si secus fierat; quandoquidem spes  
ista & jucunditas quæ proficisci solet  
ex ejusmodi liberis jam sepulta jacet.  
Quod si fletu aliquid potest profici;  
multos

multos haberes  
ne reliquis, qui  
omne tunc repe-  
runtatione non  
egantiam, am-  
acrymis, & im-  
mentis; sperni-  
est: Itaque si  
necedendum est  
animi ut magn-  
nam cum sol-  
e noli; necero  
neque hanc in e-  
sem ipsi invide-  
Salome in his  
non potuit, &  
Salomonem su-  
eam ante texen-  
hoc ipsa se jan-  
quam ter orat-  
rasset quasi ter-  
pularis aqua  
sponsus celesti  
quieti se dedi-  
gremio cantat  
quiesco, Veru

multos haberes luctus tui socios, ac  
me reliquis, quippe qui indolem Sa-  
lomæ tuæ sæpe miratus sum, & in ex-  
pectationem non exiguam morum e-  
legantium cum alijs veni: sed mors non  
lacrymis redimitur, non vincitur la-  
mentis; sperni potest, vitari non po-  
test: Itaque si cum alio agerem, alia  
incedendum esset via: tu vero quæ est  
animitui magnitudo & pietas, quo-  
niam cum filiola tua optimè actum es-  
se nosti; mœrorem omnem abijcies,  
neque hanc in qua vivit tranquillita-  
tem ipsi invidabis. Pacis enim cupida  
Salome in his turbis hærere diutius  
non potuit, sed ac pacis principem  
Salomonem suum emigravit. Huic tu  
eam ante sexenium despondisti: Cum  
hoc ipsa se jam iuineri accincta post-  
quam ter orationem dominicam ite-  
rasset, quasi tera denunciatione se co-  
pulavit; at quaita eo ipso die, in quo  
sponsus cœlestis placato patre quievit  
quieti se dedit, & nunc in sponsi sui  
gremio cantat: In pace dormio & re-  
quiesco, Verum commiserato me red-

Sf 3

dis

dit solito loquaciorem; verè enim dixit Statius; dulce loqui miseris. Itaque hic non finio sed abrumpo orationem: vobisque M. D. R. &c. Claris, Dn. D. Bolfrasij & quos adstare cernitis propinquorum & affinium voce gratias ago quàm maximas, qui universis & singulis omnia grati animi studia officiosè deferunt, precantes ut Mortis victor hostes omnes à vestris corporibus animisque in æternum arceat.

XLI.

*In funere.*

ELISABETHÆ Dn. D.  
JEREMIAE SETSERI  
Filiolæ.

**D** Vm in veris hoc limine, &c. quod alioquin, post canos Brumæ capillos, & torporem hyemalem, excitare hominum animos & exhilarare suis delicijs solet, tristis armorum apparatus gliscit vndique & bello dat signum rauca  
crucis